UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 20. An requiratur dolus veri aut lata culpa ut quispiam à vigintiduumviris possit coerceri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

tur paucis dico quod etiamſi doli præſumptio induci ſoleat cum iudex contra
quam legibus ſancitum eſt decernit aut quid ſtatuit, *Baldus conſ.235.in fin. vol.1.*
5 *Marſilijs in pract.§.ſucceßive num.9.* quia judex clementior lege eſſe non poteſt,
Marſilijs ſing.182. legiſque orbitas tranſgredi prohibetur, *Navar. in Manuali cap.*
27.in miſcellano. Quæ opinio ſit eligenda & Matthæus Matheſilanus tract. de electione
veræ opinionis, attamen ut ſindicatui ſubjiciatur non id ſufficit niſi probatione
dilucidiore convincatur uti infra dum de iudice nulliter aut inique iudicante
oſtendemus. Quid autem ſi occurrat caſus aliquis bivius & diſputabilis Certe
tunc dubium non eſt quin iudex excuſetur. *Bald. & DD.ad tit. C. de pœna iudicis*
qui male iudicavit. Cum enim iuxta exclesiaſtem. *cap.3.verſ.3 verſ.11.* Laudatum à
6 Patre Ludovico Richeome *en l'academie d'honneur degre.2.ſect 30. fol.213*, Deus
nondum reliquerit hominum diſputationi dolo carebit in foro hoc exteriori
7 qui in conflicta diſputationum citra judicij ſordes opinionem eliget etiam pa-
radoxam *Doctores ad d. tit. de pœna iudicis*, idque in foro fori de foro vero poli
hoc eſt conſcientiæ & Dei cui omnia patent noſtrum non eſt diſputare. Con-
cludo itaque quæſtionem hanc judices ob ſententias iniquas & male latas dum-
modo dolus abſit non poſſe à vigintiduum viris ſindicari & ita reſtringenda
jura punientia iudices qui per imperitiam male iudicaverunt de quibus late
Menoch. *de arb. iud.cent.4.caſu 339.* cenſet Ioannes Baptiſta Baiardus *in Iulium*
Clarum quæſt.83.num 8. Grammatic. *conſ.54.num.11.* Bertaſolus *conſ.71. num.8.*
conſ.91.num.1.

QVÆSTIO VIGESIMA.

An requiratur dolus veri aut lata culpa ut quiſpiam à vigintiduum viris poſſit coerceri.

SUMMARIUM.

1. *Lata culpa excuſat à delicto.*
2. *Culpa alia in committendo conſiſtit.*
3. *Culpa in committendo gravior quam in omittendo.*

1 MIhi aqua hæret. Tum quia lata culpa excuſat à delicto, *tex. lib. igitur ff.*
de liber. cauſa Cœpola ad l. quis ſit fugitivus 2. idem celſus num.6.ff. de edilit.
edict.fol.73. Tum ob rationes autoritateſque & antinomias à Doctori-
bus hoc in quæſtionis conflictu allatas uti videre eſt ex ijs quæ alio in loco at-

tuli

tuli. Certe illud notatu dignum eſt, ad infringendam ſententiam non ſufficere dolum præſumptum ſed requiri verum. *Farinac. deciſ.* 185. *par.* 2. *folio.* 142. *Menoch. de arbitr. judicum lib. 2. cent. 3. caſu* 209. *nume.* 40. *Rota dec.* 157. *par.* 1. *diverſ. arg.* 2 *l. 2. ff. quod quiſque iuris.* De duplici porro latæ culpæ ſpecie, quarum una in committendo, alia in omittendo ſeu negligendo conſiſtit, tractatum eſt apud Doctores, *Barth. l. ſi ſervum num. 1. ff. de verb. oblig. glo. & DD. l. ſi mora ff. ſol. matr. Covar. var. Reſ. tom. 1. de matrimonio par. 2. cap* 6. §. 8. *num.* 17. *fol.* 172. & inter utramque ſpeciem multum intereſſe oſtendit Covarruvias, *d. §. 8. num.* 17. *D. Thomas* 2. 2. *quæſt. 7. part. 1. Petrus Loriotus l. quod nerva num. 29. & ſeqq. ff. depoſiti.* graviorem quem eſſe eam quæ in committendo, quam in omittendo conſiſtit, tradit Covarr. 3
& D. Thomas jam citatus, & quandoque eam quæ in omittendo quàm in committendo, enucleat ibidem Petrus Loriotus *glo. l. 2. ff. ad S. C. Syllan. Iaſ. l. ſi mora ff. ſol. matr.*

QUÆSTIO XXI.

Judices an ob negligentiam puniantur.

SUMMARIUM.

1. *Judex negligens quandoque civiliter, quandoq; criminaliter tenetur.*

IUdicis negligentia in non judicando commiſſa, in id omne quod partis intereſt tenetur, *l. ſancimus C. de judiciis. Peck de jure ſiſt. cap.* 24. interdum etiam criminaliter coercetur, *l. mancipia ubi glo. verb. exigatur C. de ſer. fugit* §. 1. *inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto. Petr. Loriot. l. quod Nerva num.* 31. & 32. *ff. depoſiti.* nimia enim negligentia minimo gradu à dolo malitiaque diſtat, & doli malitiæque effectus habet. *VVameſ. conſ.* 160. *de reiud.*

QUÆSTIO XXII.

Qua actione teneatur qui aliquem temerè in jus coram hoc tribunali vocat.

SVM-